

VNIVERSIS et singulis Rectoribus, et Gubernatoribus, ac Administratoribus hospitalium quoruncumque in Hispaniarum Regnis consistentium quibuscumque nominibus censcantur, ac alijs, ad quos spectat salut' et aplica' ben'. Cum sicut accepimus hospitalia quinq; plagarum Ispalci, vt omnibus et singulis priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, indulgentijs, gratijs, concessionibus, et indulis, quibus singula hospitalia in Hispaniarum Regnis consistentia in genere uel in specie utantur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, et gaudere ualeret, aplica' auctoritate' indultum fuerit. Et propterea Rectores dicti hospitalis quinq; plagarum desiderant uideri, quae sint priuilegia alijs hospitalibus dictorum Regnorum concessa, et illorum authenticam copiam habere' posse'. Quare' nos cupientes pauperum, et aliarum personarum dicti hospitalis quinq; plagarum commoditati consulere' intuitu Dilecti filij nobilis viri Federici Enriquez de Ribera Marchionis de Tarifa, qui etiam Praefectus Vandalia', et Miles Militie' sancti Iacobi de spata ordinis sancti Augustini existit. Motu proprio non ad dicti Marchionis, uel alicuius pro eo nobis super hoc oblata' petitionis instantiam, sed extra mera deliberatione', et ex certa scientia, ac de aplica' potestatis plenitudine', vos omnes et singulos in virtute' sanctae' Obedientiae' districte' monemus, quatenus quotiens pro parte' dicti hospitalis quinq; plagarum requisiti fueritis, omnium et singulorum priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, libertatum, indulgentiarum, gratiarum, concessionum et indultorum vestris hospitalibus tam aplica', q; alia auctoritate' concessorum literas procuratori hospitalis quinq; plagarum hmoi ostendatis, et illas coram iudice' exhibeatis, ac eas legi, et ex illis transumpta authentica ad opus dicti hospitalis quinq; plagarum extrahi permittatis. Scituri quod si monitionibus nris non parueritis nobis causam praebebitis, ut cognoscatis, q; graue' sit, nras monitiones contemnere'. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus aplicis, necno' dictorum hospitalium etiam iuramento, confirmatione' aplica, uel quauis firmitate' alia roboratis statutis et consuetudinibus, priuilegijs quoq; indulis et lris aplicis illis sub quibusuis uerborum formis et clausulis etiam derogatorijs, derogatorijs, alijsq; fortioribus, efficacioribus et insolitis uerboribusq; et alijs decretis etiam talibus quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis mibi expressis modo et forma derogari ualeat, concessis, confirmatis, et etiam iteratis uicibus inuouatis, quibus omnibus illorum tenores ac si de uerbo ad uerbum insererentur, pntibus pro plene' et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore' permansuris hac uice' summo' specialiter et expresse' derogamus, ceterisq; contrarijs quibuscunq;. Dat' Romae' apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die' XXI. Augusti M. D. XXIX. Pontificatus nostri anno Sexto.

Quahocuta.

18

En el nombre de Dios Amén  
Yo el Sr. D. Juan de Torres y  
Cabrera, Alcalde de la Villa de  
Sanlúcar de Barrameda, por  
mandado de su Magestad, he  
mandado que se ponga en  
libre venta pública, para  
satisfacción de los créditos  
de la Real Caxa de Sanlúcar,  
los bienes de esta Real Caxa  
que se detallan en el presente  
pliego de condiciones, a las  
veinte y tres de Mayo de  
1779.

P. P.



PERGAMINOS, 5  
Hospital de las Huérfanas, letr. d. C.

20